

PONCIUS, *levita, dedit unum calicem aureum et unum librum passionalem.*

VALTERIUS, *sacerdos et canonicus, dedit turribulum argenteum et duas cappas.*

STEPHANUS, *miles, dedit unam libram argenti ad coperiendam crucem.*

GIRINIUS BACVIS, *canonicus, dedit vinariolam argenteam precii trigenta solidorum.*

VUILLELMUS DE SEURRA, *subdiaconus, dedit cyphum argenteum cum cocleari.*

HUGO, *sacerdos, dedit unum mantile et unum cyphum.*

STEPHANUS, *canonicus, dedit duo candalabrea argentea.*

PONCIUS, *levita et dapifer, dedit trigentos solidos et tres uncias auri ad tabulam faciendam et cappam unam ad velandum majorem crucem in Quadragesima.*

GIRBERTUS, *archi-præbyter, dedit albam sacerdotalem cum amicto et unum cyphum argenteum cum cocleari, casulam unam optimam, favonem unum, stolam unam, amictum optimum cum aurifrisio, pectinum eburneum.*

STEPHANUS PINGUIS, *diaconus et cantor, dedit cyghum cum cocleari et unam vitream.*

JOANNES, *sacerdos, dedit calicem argenteum ad altare crucis et tres libros, scilicet antiphonarium musicale et orationum et evangeliorum.*

TRIBERTUS, *decanus, dedit unam casulam, unum cyphum argenteum cum cocleari et tres uncias auri, ad tabulam faciendam.*

GARINUS, *levita, dedit cappam cum aurifrisis et calicem argenteum.*

PETRUS, *canonicus, dedit optimum pallium et librum passionalem.*

STEPHANUS, *canonicus, dedit unum ciphum argenteum precii quinquaginta solidorum.*

1153. — MALLEUS, *decanus, dedit vestimentum sacerdotale peroptimum, cappam unam, pallium altaris optimum cum corporale, redimit calicem aureum ducentia trigenta solidis quem ecclesie reddidit.*